



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o nona

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

describatur que a Vespasiano
et Tyto romanis principibus
facta est nullus qui historiam
euerfionis eiusdem legit igno-
rat. Romani enim principes
denunciatur cum dicitur. Quia
venient dies in te et circumda-
bunt te inimici tui vallo: et cir-
cudabunt te et coangustabunt te
vndique: et ad terram costernent
te et filios tuos qui in te sunt
Tu autem domine. Lco viij
Noc quoque quod dicitur et non
relinquent in te lapidem super
lapidem: ipsa iam eiusdem ci-
uitatis transmigratio testatur:
que dum nunc in eo loco constru-
cta est vbi extra portam fuerat
dominus crucifixus: prior illa
in hierusalem vnde dicitur funditus
euerfa est. Cuius ex qua culpa
euerfionis sue pena fuerit illa
ra subiungitur **Et quod non cog-
noueris tempus visitationis tue**
Tu autem domine. Lco nona
Creator quippe omnium per in-
carnationis sue mysterium hanc
visitare dignatus est: sed ipsa
timoris et amoris illius recor-
data non est. Unde etiam per
prophetam in increpatione cor-
dis humani aues celi ad testi-
monium deducuntur dum di-
citur **Diluis in celo cognouit**
tempus suum. turtur et hy-
rundo et cyconia custodierunt
tempus aduentus tui. popu-
lus autem meus non cognouit

iudicium dei. **Tu autem. Caplm**
Ratres Scitis quoniam cum gen-
tes essetis ad simulacra muta
put ducebamini euntes. ideo
notum vobis facio quod nemo in
spiritu dei loquens dicit ana-
thema Iesu. Deo gratias.
Deus qui omnipotentia **Col.**
tuam parcendo maxime et mi-
serando manifestas. multiplici-
ca super nos gratiam tuam. vt ad tua
promissa curretes celestium bono-
rum facias esse cōsortes Per.
De euange. añ. Cum appropin-
quaret dominus hierusalem vi-
dens ciuitatem fleuit super illam.
et dixit. quia si cognouisses et tu:
quia veniet dies in te et circuda-
bunt te et coangustabunt te vndi-
que et ad terram prosternent te eo-
quod non cognouisti tempus vi-
sitationis tue **añ.** **U**is-
dens dominus ciuitatem hierusalem
fleuit super illam dicens quia si
cognouisses que ad pacem et
vbi nunc autem abscondita sunt ab
oculis tuis. **añ.** **S**criptum est
ei quia domus mea domus orationis est
cunctis gentibus. vos autem
fecistis illam speluncam latro-
num. et erat quot idie docens in
te in templo. **Vnica vndecima.**
In illo tempore: **Secundum lucam.**
Dixit Iesus ad quosdam
qui in se confidebant tamquam ius-
ti: et aspernabatur ceteros pa-
rabolam istam. Duo homines
ascendebant in templum vt ora-